

positi, sed tantum est redutio partium in actu, quae prius erant in potentia in toto, hoc est indistincte, redutio, inquam, ad actum distinctum: quia prius erant in toto continuae, & ita quodam modo unum, & postea extra totum distinctivae. Si tamen quatuor substantiam hic in mutatione tali, quali. Respondendo ipsi partes manentes secundum eandem entitatem positivam, licet non eum illa praedicatione, quam intelligimus dicentes partem esse in actu, positum poni substantiam, quia secundum eandem entitatem positivam erant in toto, & postea extra totum: sed in toto habuerunt continuationem, quae prohibuit illam adualitatem includentem praedicationem: extra totum autem habent eam, ita quod partes transmutantur a forma ad privationem, & ita non est hic generatio, sed quasi corruptio sine generatione; quia illa entitas, quae nunc est utriusque partis positiva, totaliter praesult, licet non praesuret sub illa praedicatione, scilicet, non cum alio, sicut nunc est; illa autem entitas totius, quae praesult, non manet nunc. Patet ergo quomodo ista transmutatio non requirit quantitatem eandem manentem loquendo de identitate, quae est continuas, sed tamen requirit identitatem loquendo de quocunque positivo hic, & ibi, licet aliter se habeat. De appositione dico, quod possibile est aliquid quantum isti apponi, & ei continuari, & hoc nullo subiecto manente eodem, nisi forte istis partibus continuatis, ut praedictum est in divisione, & sic quantitas erit eadem, non solum identitate continuationis, sed etiam eadem identitate positiva, quae praedicit continuatam, quae scilicet est in hac, & similiter in illa, sive continentur, sive distinctivae. Est haec difficultas communis est cuiusque unioni sive divisioni. Si enim vel divisio, vel unio est transmutatio, & quae eius substantiam, nihil commune manet, nisi entitates partium distinctam, vel unitarum: & illa entitas, quando est unio facta, habet aliquid quo carere, quando est divisio, scilicet habitudinem utrorum, vel continuationem eorum, loquendo de quantis: & ita illa transmutatio universaliter in divisione est privativa, in continuatione vero positiva. Et si arguas, si aliquid quantum apponitur illi, & sit istis speciei communitum; ergo est idem terminus auborum; aut ergo ille terminus est in subiecto aut sine subiecto: Respondentem quare.

Dicitur quod Corpus Christi non est sub aliquo indivisibili, nec sub aliquo quod non est pars illius: ideo ille terminus, aut linea, cum non sit pars illius: quamvis, non se tenet ex parte ejus, quod est sine subiecto. Si dicat non est major ratio, quod se tenet ex parte huius, quam illius. Negatur, quia illa linea est in subiecto, cum non sit pars illius totius. Posset etiam dici, licet minus probabiliter, quod fractio, seu divisio partium quantitatis, non est nisi quidam motus localis, & est subiective in ipsi latu: & tunc oportet dicere e converso, quod continuatio non est nisi quaedam latu: quae latu non facit continuationem, sed conjugitatem.

Ad arguenda principalia. Ad primum dico, quod non est de esse.

fontia motus, quod sit talis vel talis entis; nec mutationis, quod nec aliquid aliter se habeat sicut nec de essentia albedinis est, quod sit aliquid habentis albedinem: sed sicut forma aliqua in esse quoto essentialiter est in se talis, licet nullus sit nec inordinabilis: ita motus essentialiter est actualis quaedam potentialis, ut ita dicam, & mutatio est quaedam aliter habito, licet nullus deominati ab hoc vel ab illa. Ad secundum dico, quod sicut Philosophus concessit necessarium esse subiectum in mutatione, vel motu, quod subiectum praediceret terminum ipsam, & esset pars totalis terminus, ita dixit compositum esse totalem terminum ius productionis; sed apud nos antecedens non est omnino necessarium. Ad tertium patet, quod aliquis transmutatio alia, quam secundum augmentum, vel diminutionem potest esse circa quod mutatur, ut divitio, & continuatio, & hoc secundum se: rarefactio autem & condensatio secundum accedens, & per consequens licet illa species non possint augeri, nec minui proprie loquendo; tamen possunt a quantitate minoris ad quantitatem majorem transmutari: & e converso.

QUESTIO V.

Virum possibile sit circa Eucharistiam fieri transmutationem aliquam corruptivam illorum accidentium?

Videtur quod non. Forma est simplex invariabilis essentia constituta lib. 6. principiorum. Item Boet. de Trinit. Forma simplex subiectum esse non potest. Item, materia est, quia esse potest esse & non esse 7. Met. Ex his omnibus habetur, quod simplex ad minus forma non potest corrupti: sed accidens separatum in Eucharistia est forma simplex isto modo; ergo &c. Item, si corruptaretur, aut in substantiam, aut in aliud accedens, aut in nihil: quia tunc creatura annihilaretur: non in accedens, quia nihil creatura causet accidens sine subiecto: nec in substantiam, quia ex accidente non potest fieri substantia: ergo &c. Contra, illa accidentia possunt frangi, dari, & digeri, & patet ad sententiam, & probatur ex quadam gloria 1. Cor. 12. Nutritivum autem convertitur in substantiam reintrenda: ergo &c.

Hic dicitur, quod esse subsistent quod manentibus accidentibus convenit est conformis illi formae, quoniam prius substantia panis habuit: & ideo esse in quo dimensiones subsistunt, tollitur eisdem passivibus: quibus tolleret substantia panis existens ibi: & propter hoc eodem modo corruptum aut accidentia remanentia, sicut prius poterant corrupti. Prius autem poterant corrupti dupliciter; uno modo manente substantia panis, alio modo per corruptionem substantiae, quae contingit ex transmutatione accidentium; quia sicut generatio est terminus alterationis, ita & corruptio: & ex parte eorum quantitatis, quia cum unaquaque res habeat quantitatem determinatam, in eam potest fieri divisio, quod species non remanebit. In hac ergo Sacramento aliqua transmutatione facta, adhuc manet

illud

illud esse dimensionem substantiæ præcedenti conformem: aliquando tollitur esse prædictum, & tunc dicitur esse Sacramentum. At si nihil est ex parte quantitatis, quia si fiat divisio in partes tantæ quantitatis, quod sufficit ad speciem panis, vel vini, et si sit alia dimensionem, quia partes continui, quæ erant in potentia sunt in acta: tamen esse conformem substantiæ præcedenti manet. Si autem dimensio partium ad hoc non sufficiat, esse utrumque dicitur esse, scilicet esse dimensionem, & esse prædictum: & ideo tunc Corpus Christi dicitur ibi esse: In quid autem fiat ista corruptio quando est possibilis, tangatur in quæst. sequenti.

Contra conclusionem principalem, quæ dicit quod eodem modo potest tolli dimensio ista, sicut substantia, quia habet esse conformem substantiæ panis, arguo si non potest intelligi ista conformitas in aliquo positivo novo, quia nihil tale advenit ipsi accidenti per hoc, quod est sine subiecto: sed illud, quod ei advenit, conformem est tantum in ista negatione non inherere alii: sed conformitas in ista negatione non sufficit ad hoc ut uniformiter tollatur: quia ideo tollitur esse substantia, quia est passum proportionatum agenti naturali, scilicet habens partem potentialem, & actuaalem, quantum potentialem potest esse sine actuali: istud autem habens tantum conformitatem in negatione, non habet aliquam talem partem: ergo &c. Item substantia composita necessario sibi determinat aliquam propriam: & maxime secundum eum, qui ponit quod substantia corruptur ad corruptionem a qualitate quod non esset nisi necessario determinaret sibi illam qualitatem: sed quantitas non necessario sibi determinat aliquam qualitatem: ita enim est indifferens ad contrarium, sicut ad istam, & ad unum gradum ejus, sicut ad alium: quia ex principis quantitatis nulla qualitas, nec ullus gradus egreditur qualitatis: ergo &c.

Dico ergo ad questionem, quod accidentia Eucharistiæ possunt corrupti, & hoc quidem de qualitatibus, quantum transmutatio non requirit aliam quantitatem: facti est manifestum secundum communem opinionem, quia illa possunt ponere habere subiectum commune manens, sicut quantitatem: sed secundum aliam opinionem, quæ ponit quantitatem substantiæ non distingere a substantia, nec quantitatem ab eodem ab absolute: & per consequens nullam esse hie quantitatem magis separatam a subiecto, quam substantiam. cujus est quantitas, non est æque facile tollere corruptionem qualitatis: tunc enim oportet ponere, quod cum pari ratione quælibet qualitas sit sine subiecto, sicut & una, quæcunque transmutaretur, transmutaretur sine subiecto: & tunc redistat ad difficultatem eadem in quæst. præcedenti, quo modo Eucharistia corruptur per corruptionem quantitatis, & quomodo quantitas illa possit esse nova.

Tamen ad conclusionem in communem potest sic argui: Virtus agentis non diminuitur per hoc, quod accidens est sine subiecto: sed si accidens esset in subiecto, posset corrumpi ab agente naturali: ergo & modo. Hæc ratio non concludit, quia non sufficit sola virtus

argui.

æqualis agentis naturalis: sed oportet quod habeat passum sibi proportionatum ad hoc, quod agit, sicut prius.

Respondeo, quando manet quantitas facti facile est secundum communem opinionem salvare passum proportionatum respectu agentis naturalis, & hoc bene possibile est respectu qualitatum contrariorum, quia non omnino alteratio inter contraria requirit quantitatem mutari: & tamen in tali alteratione ad qualitatem, cum qua non posset stare species panis, desinit esse Eucharistia: quia Deus instituit non conservare Eucharistiam, hoc est accidentia sine subiecto, in quibus est Corpus Christi, nisi quando manent ibi qualitates autem perire de substantiis, jam convertas: ergo simpliciter salvatur Eucharistia post desinere esse actione agentis naturalis: nec ibi est aliquod miraculum novum, quare de in volente antiqua, quæ Deus voluit Eucharistiam esse in Ecclesia, voluit etiam illam non manere, nisi quando qualitates apæ nata perire substantias jam convertas, nisi quando qualitates apæ nata perire substantias jam convertas, manent. De corruptione autem Eucharistiæ per corruptionem quantitatis a quo agente possit fieri, ræctum est in quæstione præcedenti. An autem in desitione Eucharistiæ per conversionem, vel transmutationem in quantitatem novam, oporteat substantiam redire, dicitur in quæst. sequente.

Ad rationes. Ad primam dico, quod autor ille loquitur de illis sex principis, de quibus dixeruntur: illa autem sunt forme respectivæ extrinsecas adventientes. Unde hic auctor non arguit de formis absolutis. Ad secundum potest dici, quod Boetius loquitur de forma, quæ est pura forma, id est purus actus, sicut applicat ibi de Deo. Et verum est, quod forma, quæ non est nata perficere aliquid potentiale, non est nata recipere accidentis: & ita est de essentia divina, nisi forte fiat instantia de essentia Angelica, & intellectione: sed de hoc in quæst. de simplicitate Angelis, non habet materiam. Ad Philosophum 7 Met. plantum est, quod non concederet aliquid posse corrumpi: nisi haberet potentiam distincta ab actu. sicut partem a parte: sed hoc poneret, quia ponit ordinem causatum simpliciter necessarium: vel quia poneret simpliciter nihil posse corrumpi, nisi cujus pars manet post corruptionem: sicut ponit nihil proprie posse generari, nisi cujus pars fuit ante generationem: sed nec in ordine causatum, nec in ista partis separatione a toto concedimus cum ipso. Ad rationem dico, quod qualitas non corrumpitur in nihil, sed in qualitatem aliam contrariam, vel alterius gradus in eadem specie: nec sequitur, quod agens naturale faciat accidentis sine subiecto: quia qualitas nova habet idem subiectum, quod, & prior qualitas habuit, vel saltem quantum est de se habere posset: si autem loquaris de corruptione quantitatis, cui non potest assignari aliquid aliud prius subiectum, illa non corrumpitur actione naturalis agentis sine subiecto, vel præteritente, de quo dicitur est in quæstione præcedenti, vel de novo creato, de quo dicitur in quæstione sequenti.

QUESTIO VI.

Utrum in aliqua transmutatione facta circa Eucharistiam, nec esse sit substantiam aliquam actione divina redire?

Videtur quod non, quia quantitas separata habet modum substantiae in agendo; ergo & in fiendo & patiēdo: ergo quicquid potest generari de substantia, si ibi esset, poterit generari de quantitate separata: non ergo oportet aliquam substantiam redire. Item agens naturale & approximatum passo naturaliter transmutat: ergo non requiritur miraculum ad hoc ut transmutet: sed substantia non potest redire nisi per novum miraculum; ergo nulla transmutatio possibilis ibi requirit substantiam redire. Item, agens naturale non impeditur necessario agere; ergo non dependet in agendo ab aliqua actione quae sit immediata voluntatis divina; quia voluntas divina nullius actionis ad extra est principium, nisi contingenter; necessarium autem non potest dependere a contingenti; ergo in ista actione non requiritur aliquid, quod causetur a voluntate divina immediate. Item August. 7. de Civit. cap. 30. *Si Deus res quas condidit, administrat, ut eas propriis motibus agere sinat*, ergo sunt agens naturale agere motum suum naturalem, & per consequens transmutare Eucharistiam sine omni miraculo; ergo & sine substantia redeunte.

Contra, iste species possunt nutrire, ut dicit quaedam Gloss. super illud i. Corinth. 11. *Alius quidem esurit, alius vero ebrius est*, ergo possunt transmutari in substantiam alendi; ergo ex eis potest generari substantia, sed hoc non potest fieri, nisi substantia redeat, quia ex non substantia, non fit substantia. Item, patet ad sensum, quod hostia consecrata potest corrumpi in ignem, vel in animalium generatum per putrefactionem, sicut corrumperetur, si esset ibi panis: & tunc ut prius, substantia generari non potest, nisi substantia redeat, ergo &c.

Hic est una opinio Innocentii de Officio Msi. par. 1. c. de fractione: dicit enim quod substantia panis redit. Quod potest sic probari, quia Chrilus est in Eucharistia, ut nutrimentum spirituale, & tunc, quando species sunt, ut convenienter nutrimentum corporale, ergo desiccantibus speciebus habere rationem convenientis nutrimenti, utpote quando si essent in substantia panis & vini, illae substantiae essent inconvenientes ad nutrimentum corporaliter, tunc rationabiliter definit ibi esse Corpus Christi, ut nutrimentum spirituale, desiccante autem Eucharistia redit substantia. Nec oportet hic ponere novum miraculum ad hoc quod Corpus Christi desinat ibi esse, quando species non essent nara afficere substantias convertitas, quia ita Deus insinuat Eucharistiam non manere, nisi in manibus speciebus convenientibus. Nec est novum miraculum, quod scilicet desiccante corpore Christi ibi esse redeat substantia

quia Deus ordinavit nunquam accidentia esse sine subiecto, nisi in Eucharistia. Contra hoc potest argui sic. Quaeo quando redit substantia panis? Aut hoc est in ultimo instanti, quando generatur iam nova substantia, & tunc sequitur, quod simul sit ibi panis, & non panis; quando enim generatur aliud, panis corrumpitur, & per te tunc, panis est ibi primo; & hoc est inconveniens. Aut ante illud ultimum instanti, & tunc videntur sequi duo inconvenientia: Primum est, quod non tandum manet in Eucharistia, quando manent ibi species non corruptae, vel quod simul manebit Eucharistia, & erit species non corruptae, ut corpore Christi. Secundum inconveniens est, ibi substantia panis cum corpore Christi. In ultimo inconveniens est, quia agens quod potest in partem motus, potest in totum motum, & terminum, quando non magis repugnat una pars motus ipsi susceptivo, quam alia; hoc apparet ex dictis supra in *q. p. c. edenis*; sed non magis repugnat illis corruptumque simpliciter, sed alteratur; ergo quando species illae non corrumpuntur simpliciter, sed alterantur; ergo agens potens in primam partem alterationis, potest & in quamlibet; ergo dum manet illa alterata non necesse est substantiam redire. Sed ad illud argumentum probabilius esse dicit secundum membrum; & tunc primum quod interit, forte non esset inconveniens opinari diceret enim, quod non manet Eucharistia, sed quando manent, ut convenienter nutrimento; possunt autem species alterari, ut non convenienter nutrimento, antequam totaliter corrumpantur, sicut potest panis non esse convenienter nutrimento, antequam corrumpatur per seipsum, & alia esse putrefactio usque ad quem praecise manet Eucharistia. Ad secundum diceretur, quod propter totam illam alterationem, quae praecedit corruptionem specierum, & per consequens corruptionem Eucharistiae non oportet substantiam redire: sed oportet eam redire propter generationem, quae sequitur illam alterationem; & concomitantur corruptionem specierum; non autem potest redire tunc quando erit corruptio, quia tunc simul esset, & non esset. Sed ista responsio non aliquid sufficientem reductionem substantiae panis: aequae enim potest agens naturale agere usque ad ultimum instanti, si non rediret per te: ergo non dicit sufficienter.

Est alia opinio, quae ponit materiam redire. Exponitur tamen quod non potest intelligi de materia prius annihilata, quia quod in nihil est redactum, non potest iterum idem numerum redire. Nec etiam de materia prius convertita in corpus Christi: hoc potest intelligi, quia illa non potest redire, nisi corpus Christi, vel materia Corporis Christi e converso converteretur in materiam panis: sicut nec panis convertitur ad redire, nisi Corpus Christi converteretur in panem. Sed versus istam opinionem intelligi, si debeat probabiliter sustineri, oportet istam opinionem intelligi, si debeat probabiliter sustineri, quod Deus novum materiam creat. Nec oportet tunc ponere novum miraculum, quia hoc est ex antiquo miraculo, ne fieri debeat materia, & per consequens ut omnis transmutatio possit hic fieri ab agente naturali, quae potest fieri, si accidentia essent in substantia. Nec

simpliciter substantia materiae corporeae in conversione minueretur, nec in principio creata per litus redimensionem augetur; quia quantum fuit de materia convertitur in corpus Christi, tantum redit hic, & creatur. Contra hanc opinionem arguo sic. Quæro enim quando redit materia? aut in ultimo instanti, quando generatur ibi nova substantia, aut ante ultimum instanti. Non ante, propter duo. Tum, quia manente Eucharistia esset substantia ibi materia alia a materia Corporis Christi, quod non tenet communis schola. (a) Tum, quia illa materia esset sine forma, quod est simpliciter impossibile secundum illam, saltem non est possibile sine novo miraculo; sed non sunt ponenda plura miracula sine necessitate. Si vero in instanti generationis redit materia, frustra ponitur redire ad hoc, ut apens naturalis generet ex vi: quia non generat, nisi de materia quanta secundum illum maxime. Similiter non potest generare, nisi cum illa generationis concomitetur corruptio; & specialiter secundum illud tunc non corrumpit aliquam substantiam, quia illa materia non redit sub forma substantiali contempnenda, quia tunc simul haberet eam & non haberet. Modis eriam quod dicit ille Doctor opinionem istam necessarium esse tenendum, scilicet quod non rediat, nec materia annihilata, nec converta: sed tantummodo possibile est eam redire, quia illa nova creatur, non videtur probabilis, quia materia annihilata redire potest; & materia converta. Primum probatur, quia nihil sequens annihilationem materiae est ejusdem rationis, cum nihilo præcedente creationem materiae, sicut terminus annihilationis ad quem, & creationis quoque, sunt idem, vel ejusdem rationis, sicut in generatione, & corruptione; ergo est eadem distantia materiae ad nihil sequens annihilationem quoque, & ad nihil præcedens creationem eius ergo eadem potentia potest super hanc distantiam, & illam; quæ ergo potest creare potest & annihilatam reparare.

Item, materia annihilata non est mater nihil, quam ante creationem: non ergo magis includit contradictionem quam prius: ergo sicut prius potuit omnipotentia illud producere, quod sic erat nihil, ita & nunc potest. Secundum scilicet de materia convertitur probatur, quia Corpus Christi non aliter se habet per hoc, quod panis convertitur in ipsum; ergo convertio potest panis convertus redire, eo modo quo convertus est in ipsum, absque hoc, quod Corpus Christi aliter se habeat in se: quia sicut habendo in se illam entitatem potest conversionem; non aliter se habet positive; ita in non habendo, potest se redire panis; non aliter se haberet private.

Tertia opinio est, quod sicut Commentator dicit i. *Physicæ*. & de substantia orbis. In materia generabilium, & corruptibilium oportet intelligere dimensiones indeterminatas ante adventum formæ substantialis, alias non posset intelligi divino materiae ut in diversis partibus materiae sint diversæ formæ substantiales, hujusmodi autem dimensiones post formæ substantialis adventum accipiunt esse terminatu-

atum; & completa: quæquid autem intelligat in materia ante formam substantialem, hoc manet idem numero in generato & corrupto: quia remota perfectiori, oportet remanere prius. Sicut ergo mediatus his dimensionibus incompletis, materia panis reciperet formam ejus quod ex pane generatur, & hoc pane non convertit, ita (cum nunc sit datum dimensionibus ut substantiam, & habeat esse concomitante esse prioris substantiæ) datur esse quod possit subsistere formæ substantiali, quæ de natura sua non habet quod subsistat, nisi tantum accidentaliter: sed a forma substantiali habet hoc: & tunc vel ex consequenti advenit materia propter concomitantiam naturalem formæ ad materiam: vel ipsi dimensionibus virtute divina dabitur natura materiae propter propinquitatem ad ipsam, ut sic illud genitum sic compositum ex materia & forma. Additur hinc opinio, quod si ex talibus dimensionibus generetur, vermis primo, & post ex partibus nutritiis generetur substantia, materia nutrimenti erit tandem materia illius substantiæ. Contra istam opinionem arguo sic: forma determinata ad aliquod receptivum modo modo potest aliquid perficere, sicut nec albedo Angelum, nec sapientia lapidem, sed formæ substantialis determinatur ad materiam substantialem, ut ad propriam susceptivum: ergo nullo modo potest perficere dimensionem de genere Quantitatis, quæ non est materia substantialis. Item secundo, forma de genere prior non potest perficere susceptivum de genere posteriori: ergo nec forma substantialis dimensionem. Antecedens probatur, quia actus præsupponit potentiam, & hoc loquendo de ordine originis, actus autem generis prioris, nec origine nec perfectione aliquid præsupponit de genere posteriori. Item tertio & videtur manifestum, quia forma substantialis est talis actus, qui est natus consistere per se unum cum suo perfectibili per se: sed non potest consistere unum per se cum aliquo de genere Quantitatis: ergo &c. Item, illud quod est essentialis ratio terminandi dependentiam alterius non potest ad illud dependere: forma substantialis est hujusmodi respectu quantitatis: ergo &c. Item, quomodo hæc potentia dimensionis potest deduci forma substantialis? cum ex natura rei non sit in illa, tanquam in proprio potenciali. Sic ergo videtur improbabata prima pars opinionis in generali, scilicet, quod dimensio non potest habere vicem materiae, respectu formæ substantialis. Quantum autem ad generatorem ex illa dimensione improbat in speciali, primo sic: Ignis genitus ex illa dimensione, & forma substantiali ignis, non estet univoce, nec univoce ignis cum alio igne generato ex forma substantiali, & materia ignis: & tunc ignis non univoce & eret comburendo hostiam, sicut comburendo lignum. Item, non solum in uno sequitur absurditas, quod erit ignis mathematicus ex quantitate, & forma substantiali, sed erit talis potestatis in generabilibus & corruptibilibus usque ad finem mundi: nam ex illo igne habente dimensionem pro materia, dicto mathematico, generabitur aqua habens idem pro materia, quod habuit corruptum pro materia: & ex illa aqua aer, & sic usque ad finem mundi, vel in infinitum secundum Philosophos.

Quod etiam ille alius Doctor addit de modo, sive materia nutrimenti adveniantis, non salvat propositum: posito enim quod generatum non sit utriuslibet sicut ignis, nihil valet.

Item, esto, quod Sacerdos esset nutritus de istis speciebus, & ponno, sicut possibile est, quod per magnum tempus, quousque multae partes materiae fluxissent, & nova generata fuissent, sequitur quod illae partes non ita erunt vere partes carnis, & ex partibus essentialibus carnis constituta; sicut alia: partes, quae non essent generatae speciebus, & sic possibile esset ponere calum, quod puer nutritus ex speciebus usque in finem vitae suae non requireret, nisi homo compositus ex dimensione, & forma substantiali una, vel pluribus.

Quarta opinio est quod in transubstantiatione ipsi accidentibus communitatem per creationem possibilitatis transmutabilis, non tamen in formam, sed etiam in infinitum gradum actualitatis, quae est materia; ergo accidentis resolvuntur postea in materiam ex praedicta possibilitate eis annexa, convertita in actualitatem gradus infiniti naturaliter factam. Et ita haec opinio concordat cum secunda, scilicet quod materia redit, sed non immediate a Deo, sed per actionem agentis naturalis.

Contra hoc, quia hoc putam possibile secundum ipsum est terminus creationis: ergo est aliquid extra causam suam, vel extra primam causam habens entitatem positivam materia inferioriorem: sed hoc est falsum, quia dicit Augustinus lib. contes. *Inferi Domine duo, unum prope te, scilicet Angelicam naturam: aliud prope nihil scilicet materiam primam*; (b) ergo de factio nihil est inferius materiae primae, licet forte possibile sit aliquid inferius creati a Deo. Quicquid sit de hoc, non habet hic bene locum disputatio de hoc. Ad propositum arguo sic: Materia non producitur per generationem, cum sit fundamentum praeposuitum generationi: ergo agens naturale non potest illud ipsum potentiale admixtum speciebus convertere in materiam primam, vel in compositum, vel propriam ipsi composito. Item, esto quod tale compositum poneretur in speciebus Eucharistiae, & quod possibile esset de illa actione naturalis agentis producere materiam, vel compositum, adhuc frustra poneretur: quia agens naturale non potest agere, nisi inquantum actu est, quod non esset hic.

Dico ergo ad questionem, quod transmutationem possibilem circa Eucharistiam, quaedam sicut cum Eucharistia manente, quaedam non. Omnes primae non requirunt substantiam redire quamcumque, nec actione divina, nec actione agentis naturalis, nec in illis de facto est materia, vel redit. Secundariae autem, quaedam non requirunt substantiam redire, tamen redit actione divina, ita quod sunt quatuor conclusiones. Prima probatur: omne agens potens in transmutationem aliquam, potest in terminum illius, si habet susceptivum non magis repugnans termino quam motui; sed in transmuta-

tionibus in quibus manet Eucharistia, agens naturale potest in totum motum, & susceptivum non plus repugnans termino; quam motui; ergo &c. Minor patet, quia susceptivum non potest hic poni, nisi quantitas: quantitati autem non magis repugnans unum gradum qualitates, ad quem potest esse transmutatio, quam alius gradus imperfectior, secundum quem, & alios sibi similes potest esse motus alterationis. Nam quantitas secundum rationem sui, non determinat sibi aliquem gradum qualitates; igitur &c. & sic patet prima conclusio, scilicet quod manente Eucharistia, non est necessarium redire substantiam.

Et per idem potest probari tertia conclusio, scilicet quod transmutatio corruptiva Eucharistiae, dum tamen ibi maneat eadem quantitas, quae sit subiectum transmutationis, non necessario requirit substantiam redire.

Secunda conclusio probatur, quia dum manet Eucharistia non est ibi substantia, nisi substantia corporis Christi: accidentia etiam manent tunc sine subiecto; sed neutrum istorum esset verum, si alia substantia rediret: ergo manente Eucharistia, nulla substantia de facto redit. Quarta conclusio est distinctio secunda, quae est, sive per alterationem, sive per motum in quantitate corruptur Eucharistia, redit de facto substantia, & haec est substantia composita, cui talia accidentia conveniunt, quam etiam sufficienter, & hoc in instanti corruptionis & immediate a Deo. Prima pars huius conclusionis probatur, quia Deus statim illas species manentes esse sine subiecto in Eucharistia praesertim, & non alibi; ergo statim, quod cessante Eucharistia non sunt species sine subiecto, & per consequens in ipso instanti corruptionis sit ibi aliqua substantia: Secunda pars probatur, quia si aliqua substantia redit, non alia, quam illa quae potest illis accidentibus novis assari: quia alia substantia non esset capax. Tertia pars probatur, scilicet quod non redit immediate nisi a Deo: quia nullum aliud agens habet virtutem activam ad hoc sufficientem. Non ergo redit substantia composita dum accidentia Eucharistiae manent, ut dicit prima opinio, nec, ut dicit secunda opinio, redit materia, sive per reparationem, seu resolutionem, seu creationem: quia hoc esset omnino superfluum, cum per materiam solam non posset magis salvari actio aliqua agentis naturalis: nec, ut dicit tertia opinio, dimensio est susceptivum formae substantialis: nec ut dicit quarta opinio, possibilitas illa est aliquid, nec in aliquid convertibile.

Quae autem transmutatio possit fieri manente Eucharistia, patet, quia quilibet alteratio per quam non inducitur aliquid in compositibile panis, si manere; & transmutatio secundum quantitatem, vel per se, ut tractio & divisio: quia partes panis homogeneae mixtae essent manere sub illis partibus quantitates divisae, vel secundum quantitatem concomitantem, ut est in rarefactione, vel condensatione, dum tamen non inducatur quantitas repugnans substantiae panis iam convertitae si esset.

Per oppositum autem transmutatio corruptiva secundum qualita-

tem secundum gradum illum, secundum quem non possit stare cum pane, si maneret: & hoc licet quantitas omnino maneat eadem, ratio autem non potest fieri manente Eucharistia, vel saltem non fit de facto, unde si possibile esset, quod calor ignis induceretur in speciebus consecratis secundum gradum repugnantiem panis, si adesset, & tamen quantitas omnino eadem, quæ prius, maneret, contumperetur Eucharistia: quia Eucharistia non consistit in sola quantitate, sed in aliis accidentibus necessario consequentibus substantiam conversas: & per consequens in inductione illius caloris impossibilitatis rediret substantia de facto, ut probatum est quarta conclusione; sed hic non esset necessarium propter actionem agentis naturalis, ut dicitur in eadem conclusione: haberet enim agens naturale naturam pro subiecto, in quam posset inducere illum calorem, ut probat probatio prima; & tertie conclusionis, & tunc esset ibi quantum calidum calore igneo, & tamen non esset ignis.

Ad Argumenta. Ad primum dico, quod quantitas separata non habet aliquem modum positivum substantie, sed tantum negativum, istum, scilicet, non inesse sibi subiecto; sed iste modus negativus non sufficit ad hoc, ut possit esse subiectum magis, quam prius: immo cuius potuit prius esse immediatum subiectum, ejus præsit, & esse nunc; potest tamen concedi illud argumentum, quod aliquis transformationis potest quantitas esse subiectum; sed non transformationis ad substantiam: quia ibi requiritur, quod subiectum sit principium substantie compositæ, ut materia. Ad secundum concedo, quod non requiritur novum miraculum ad actionem agentis naturalis, quandoquid agens illud habet passum; sed quando non habet passum non potest agere, nisi per miraculum detur sibi passum: sed sicut a natura dari non potest, ita passum requisitum ad generationem non est hic, nec potest esse, vel fieri per agens naturale de aliquo, quod fit hic, & ideo oportet ad hoc, quod agens naturale possit agere hac actione, quod per miraculum reseat sibi passum proportionatum: nec tamen dico, quod quando redit de facto secundum quantum conclusionem, quod agens naturale ibi generet, sed solus Deus creat ibi substantiam compositam primo: sed si ulterior debeat sequi generatio alienius de illa substantia; potest agens naturale ibi agere ad formam substantialem, quia habet passum sibi convenientem.

Per idem patet ad tertium, quia necessario agit, quantum potest agere; non autem potest ibi agere ad formam substantialem, nisi fit ibi aliud receptibile a quantitate: ideo necessario requiritur actio divina.

Et si queratur an agens naturale ad hoc, quod substantia illa rediens actione divina fit quanta, vel qualis illa qualitate, quam inducit in quantitate, potest dici quod sic, quia cum posterius natura agat, quam Deus in reducendo substantiam, & in illo posteriori habet passum receptivum illius termini formalis, in quem potest, & per consequens potest illud passum afficere illo termino formali: Vel potest dici oppositum, scilicet, quod non; quia non potest agens crea-

tum informare subiectum aliquo accidente, nisi prius habuerit aliquid repugnans, quod tollitur per actionem agentis huiusmodi: Sed hoc est necessarium quia si hic non præcedit ordine durationis contrarium, vel privatio, non propter hoc tollitur actio agentis naturalis, quia bene potest agens naturale habere effectum sibi eorum, & in seipso, ut de propria passione consequente subiectum, vel in alio; utpote si simul crearentur: sol & aer, simul fieret aer lucidus a Sole, & tamen non præcessisset in aere oppositum luminis.

Ad quartum signanter dicit Augustinus proprios motus, id est, qui sunt virtute propria eorum; sed talis, non est, nisi qui habet subiectum convenienti, cuiusmodi non est quantitas ad susceptionem formæ substantialis: & ideo postea sola quantitate non potest substantia produci, nisi actione divina.

DISTINCTIO XIII.

Hæc est ultima pars in qua Magister determinat de causa efficiente consecrationis Eucharistie, & dividitur in duas: in principalem in qua determinat hanc conclusionem, quod a quocunque sacerdote homo, vel rationally indifferenter potest consecrari Eucharistia: & incidentalem, que tangit de perceptione Sacramenti, huius: Secunda, ibi, (*Illud etiam sane*) & sequitur epilogus, respectu illius tractatus totius, ibi (*De hoc celesti mysterio*) & pars incidentalis ibi, quis fit dicendus hæreticus, qui insipit a ibi, (*Ne autem ignoret*)

Circa hanc distinctionem, querio duo. Primo, utrum sola actione divina possit consecrari corpus Christi? Secundo, utrum quicumque Sacerdos profertur verba consecrationis cum intentione determinata, & circa materiam convenientem possit consecrari Eucharistiam?

QUÆSTIO I.

Utrum sola actione divina possit consecrari Corpus Christi?

AD primum sic proceditur, & arguitur quod non; quia Auctor, ex principiorum dicit, quod omnis actio in motu fundatur; per actionem suam non fundatur in motu; ergo Deus non causat aliquid per actionem suam; ergo nec hic.

Item, ibidem, proprium est actioni ex se inferre passionem, sed hic nulla passio inferretur; ergo hic non est actio. Minor probatur, quia illa passio ferret in instanti conversionis, sicut & actio: in illo instanti non manet panis, ergo tunc non est passio in pane: sed nec tunc est passio in Corpore Christi, quia Corpus Christi tunc per istam actionem non mutatur.

Item, quod non sola actione divina; primo sic, agens naturale potest convertere totum in totum: quia primo de Generat. dicitur quod generatio est conversio totius in totum; ergo agens naturale potest